

Σάντοις τῆς περιουσίας

Hoc est,

THESES ANALY-

TICAE, EX TRIBVS PRIMIS GENE-
SEOS Mosaicæ capitibus, de historia conditi mun-
di; præcipue hominis primum creati, corrupti
& reconciliati cum Deo, pro materia ordina-
tæ disputationis propositæ à GEORGIO

MULLO D. P. & Cancella-
rio academico:

Ad quas
PRAESIDE EODEM, DIVINI NVMI-
nis ope, exercendi ingenij gratiâ respondere conabitur
M. IOANNES NICOLAI Holtatus, XXV. No-
uemb. die S. Catharinæ dicata, manc' hora
VII. in auditorio Collegij
noui.

15



86.

V V I T E B E R G A E
Excedebat Matthaus VVelack

E

THEOLOGIÆ STUDIOSIS S.

Via nuper aduentu multorum, ad hanc Academiam non mediocris facta est accessio: & incommode multis accidit, si Biblici cuiuspiam libri enarrationem audiant, cuius principio explicando non interfuerint: operæ prectum, me facturum iudicavi, si ad absentiae iacturam compensardam, non solum publicè disputanda proponerem: verum etiam thesibus comprehensa, fusi complecterer, quæ sub initium scholarum Mosaicarum à me tractata sunt. Solemus ipsis, qui serius ad conuiuum accedunt, analecta quedam & reliquias apponere eorum ciborum, qui iam à mensa fuerant remoti, ut specie saltem integri conuinij fruantur, qui primo apparatu non adfuerunt. Multò magis è re multorum me facturum arbitror, cùm usum & necessitatē magnā in omni Theologia habeant, quæ à Moysi Genesios suæ initio sunt descripta, si horum saltem aliquas reliquias cum his, qui nuper aduenerunt, communicem. Quas ut boni consulant, & studijs suis à me omnibus modis consultum velle, omnes agnoscant, etiam atque etiam peto: & quin futurum sit, quod peto, nihil equidem dubito. Valete in Domino.

I.
 Primum & verum, que vetustate temporis omnes alias annunciant, historiam Genesis Mosaica continet: & purioris Theologiae principia ipsa atque fundamenta constitutæ non casu, sed ture optimo factum est, ut huic inter scripta universa biblica primus locus ex dignitate obtigerit.

II.
Partem eius primam, quæ de Creatione agit, quamque πρωτογένεσιν appellare libet, cùm Moses non tam ex relatu aliorum didicerit, quam ex diuina revelatione accepit: quicunque notitiam Dei, hac πρωτητειον traditam, habere voluerit, fide eam, habitu nisi mirum illo diuinitus ingenerato, assequatur necesse est. Heb. 11

III.
Creationis partes due sunt potissimum: prior, quæ fabricam totius huius Vniuersitatis: altera, quæ μηχανοσύνη, hominis scilicet conditi, eiusdemque in summo dignitatis gradu constituti, descriptionem continet.

IV.
Vtriusque partis autorem unicè Deum constituimus, cuius adeo propriam esse creationem iudicamus, ut neg. esse vel subsistere in rerum natura quicquam queat, quod à Deo non sit conditum: & Deus esse necesse sit, cuicunque rei, quæ subsistit, ullius origo vel creatio erubuitur. Exod. 20. Esa. 45.

V.
Creatio ista, de qua loquimur, exordium, cum tempore ipso, commune habuit. Sic enim in principio cælum & terram, hoc est, rerum, quæ creanda erant, visibilium omnium condita est materia, ut neg. tempus esset, quo non esset mundi pars aliqua visibilis, cum aeternum esse materialium nihil possit: & quamprimum esse res corporeæ inciperent, statim in tempore simul essent, cùm extra tempus esse nihil magis queant, quæ corporea sunt, quam extra locum, se conditionem naturæ non excesserint.

VI.
Mundum Deus conditus, cælum & terram, creavit primum, A 2 hoc

hoc est, informe quoddam chaos, & confusam cœli terræ, molem ex nihilo condidit, quæ producendis omnibus cùm superioribus, tūm inferioribus corporib. materiam exinde præbuit: Quo respectu dicens dum est cùm physicè ex nihilo nihil fiat, à Deo in creatione prima, omnia ex nihilo esse condita.

VII.

Ignat. ad Mag. Psal. 3.5. Ex hac imposita & indigesta massa, Deus dicendo omnia produxit: quo verbo non λόγος φρεσκός, aut euangelicus sermonis sonus: sed efficax voluntatis manifestatio intelligitur, quam mes- 149. 5. triante λόγῳ illo ὃν στόθει νοήτω προσατίνο factam esse, haud in merito Iustinus dial. cum istius principium in tempore esse Serueius dixit, putidissima esse Tryph. Iean. 1. profanitatis statutum.

VIII.

Compagi isti rudi atq; indispositæ lucem Deus prima die intulit, confusam illam quidem, & misérè organicā: sed talem tamen, qua triduo primo, die noctisq; discrimen motu suo satis evidens efficeret.

IX.

Secunda dies cœli sic propriè diciti fabricationem continet, quod Expansionis appellatione perquam apta κοιληφατικὴ lingua sancta insigniuit. Quam quod duplicitum aquarum, supernarum aig; infernarum Yates noster historicus interstium facit, tametsi captum humanum planè superat, ut hinc varia comminiscendi multis prabit a sit occasio: nos tamen & textus Mosaici evidenter, & crit. Plal. 10. plurarum symphoniam coacti, aquas supra cœlos non negamus: idq; vñq; voce auctore, Basilio monitore: & quod usum harum non perspicimus, ignorantiam istam cum summis viris, minimè nobis turpem arbitrantes.

X.

Tertia dic marium & terre fabrica consummata est. Nam aquas sua materia fluxas, & toti terra innatates, cœlestis opifex vi quadam coactas, in profunditatem demersit, & in abyssos repulit, que hom. 4. Ambrosi maria dicuntur. Quibus locis siccumulata peribentur aquæ, ut agi- 3 hexa. geris in modum assurgentæ, terra planitem altitudine sua longe

c. 2.

super

superent: quodq; in his omnibus summè miraculosum est, intra limes Psal. 33.7. res suos non ferreis aut saxeis, sed fabulosis dunt axat & pulueruz Job. 26. lentis repagulis conclusa se contineant. Quo vel uno timorem Dei 10. nobis incutti, teste Scriptura, par fuerat & consentaneum. Job. 38.8. Psal. 33.

XI.

Aquis intra sua septa compulsis, diuino edicto terra apparuit, Ierem. 5. cuius & sinus omnes atq; penetralia, & uniuersam superficiem, tam 22. admirando metallorum, herbarum, florum fruticum, arborumq; & leguminum apparatu repleuit Deus, ut eam humano totiq; adeo as nimantium generi uberrimum esse cornu copie & penu refertissimū voluerit. Eisdem vim germinandi induit, id est mirabile fæcunditas tis beneficium contulit, idq; ab astris (à quibus id in solidum pendere ethnici opinati sunt) sic sciuinxit, ut natura etiā hoc istis prius esse voluerit.

XII.

Quartam diem ornatus cœli sibi vendicauit, quem syderum stellarumq; in primis duorum maiorum luminariū creationis constituit: Quorum a Mose triple potissimum usus describitur. Primus ut diez noctisq; discrimina, certorumq; temporū metas constituant. Secundus, ut signorum vicem prabeant, quod naturaliter in tempestatibus, agricultura, medicinis, similibusq; actionibus fieri putamus: praters naturaliter, cum ex accidente in his eueniunt, qua fatales pœnas portendant, aut insolitos euentus denuntiant. Tertius, ut non confusam, qualis primo triduo fuerat: sed distinctam & organicam lucem irradiatione sua mutuis vicibus per orbem diffundant.

XIII.

His igitur metis comprehensam, atq; ad hos usus accommodatā astrorum contemplationem nemini esto reprehendere. Sin morū fortunæq; in humana vita ab astris pendere ratio: peccatorum inclinationes in idem profusci: aut habituum animi bonorum malorum, actionum item euentorumq; humanorum causa & principium in iisdem esse statutur, quacunq; istud inclinationis, grauus secundary, causa partialis, obiecti generalis, aut coniectionis moderationis fiat: Scripturarum fundamento carere ista, nemini pio est incognitum,

A 3

Quintam

XIV.

Amb. hex. l. 5. c. 2. *Quintam diem piscium atq; volucrum procreationi Deus trax
buit: in qua communem minimis & maximis naturam infudit Deus
us, uno momento, eadem operationis vi balenam produxit, quaras
nam; non laborauit in maximis: non fastidiuit in minimis.*

XV.

*Sextam diem bruta cum homine commune quidem habent ora
tu sui principium: creationis autem rationem longe diuersissi
mam.*

XVI.

*Bruta namq; ex terra prodire iussa, vitam (mirabile dictu) diuini verbi imperio, ex elemento vitae experte hauserunt. Vnde est
ut Natura in hoc genere animantium originē suam semper referat:
interitus autem ortui haud immerito respondeat.*

XVII.

*In creatione hominis non, ut in reliquis, imperio nudo egit
Dominus: sed habita quasi deliberatione, Faciamus hominem, dixit:
hoc ipso Deus homini de praestantia sua cogitandi cuius argumenta
sum suppeditauit.*

XVIII.

*Neque vero nisi cum Filio & Spiritu sancto hac illi delibera
tio intercessit: cum pluralem numerum Deo de se loquenti κατὰ με
γάλοπεπτίας τρόπον tribuere nimis sit insipidum: angelos autem in
consortium creationis admittere, planè sit blasphemum: ut recte à
Syrmiensi Synodo sit decretum: Εἰ τις τὸ πολλών μη εὐθέωπον μὴ τὸ πα
τέρα προσετόπιον, λέγοι, ἀλλὰ δικτύον πρός εαυτὸν (multò magis καὶ πρός
τους ἀγέλας) εἰρηνέου: ανάθεμα τὸ εἴσω.*

XIX.

*Corporis singendi materiam quamvis ex terra desumit Deus
opifex, ωσε εἴη ἔχει τὸ ὑπόμνημα τῆς ἐκτονής ταπενώσεως, ut loquitur
βασιλ. Basilius, καὶ φυλακτήριον ἐπὶ πάσης ἀμαρτίας: tamen id ipsum, ut ite,
ra. f. 52. rum cum Basilio loquamur, τῇ ἴδιᾳ χερὶ φιλοτεχνίας suo quasi dis
gusto sic efformandum suscepit, ut neque ad miraculum praestans, neque*

*neg ad exhortationem conuenientius fieri in humano corpore quies
quam potuerit.*

XX.

*Corpori ex gleba terre formato, spiraculum vita h. e animans
Deus indidit, non ex Clementis aut corporea materia productam, (sic
enim mortalis, brutorumq; anima similis humana foret) neg ex di
uina naturae essentia (qua & μέσης οὐ νοήσαμετάποντος est) deproduc
tam: sed ex nihilo, perinde ut angelicos spiritus, consilatam, quam
creando in spirasse, & inspirando creasse altissimum, orthodoxa ano
tiquitas religiosè creditit.*

XXI.

*Quæ quamvis Deus pro sua omnipotentia uno die omnia im
uno momento condere facile potuissest: tamen ut est mens liberrima
& sapientissima, & non confusionis, sed ordinis Deus, ita Creationis
opus disposuit, ut sex dierum spacio omnia absolverit, ne vel uno
momento absolutum Creationis opus, per humanam incuriam viles
seceret: vel ad precipitanda, minusue elaboranda sua opera hominig
bus hoc ipsum cogitationes incuteret.*

XXII.

*Absoluto uniuerso opificio cum Deus creatar contemplatus os
mnia, valde esse bona viderit: diuina maiestatis laeta reus esse ins
dicabitur, quisquis rei ulli ex creatione malum imputauerit.*

XXIII.

*Sic tandem creationi primeae finis est impositus, diesq; septi
ma quieti destinata, non quam Deus ceperat, qui cœu actus purissim Esa. 40.
mus neq; operando laborat, nec cessando recreatur: sed ut mortaliz
um generi ea dedicata sit, in quo par erat perennem & sacrosanctam
esse tam admirandi operis memoriam.*

XXIII.

*Iam hinc Omnipotentiam Dei, cuius in hac materia sedes est
propria, par erat aequumq; omnes humiliter agnoscere: cuius in hoc
opere & multa & illustria edita sunt specimen.*

XXV.

*Nam quod supra firmamentum aqua collocata sunt, quod an
que:*

que pendula quasi harent in nubibus, quod aque inferiores infra terram demersa, partim etiam in mari supra eam prominentes, fabulosis rapagulis constrictae sic continentur, ne exundent semper: quod terra in medio quasi aere suspensa, fulcris destituta consistit: Et ut summatim dicam omnia, sola Verbi virtute ex nihilo hec uniuersa Deus condidit: hac ad fidem omnipotentie diuina astruens, tam si cuiquam non sufficiunt, is certò persuasum habebit, omnipotentia diuina si quicquam sit impossibile, id esse, ut fidem veritatis infidelis istiusmodi villo modo faciat.

XXVI.

Primum ergo, quod Symbolum Apostolicum docet, haec etiam potentia diuina fax ex opere Creationis, omnibus articulis fidei prælucet, ut si quomodo ista, qua creduntur, fieri queant, rogetur: ad omnia quæsta una valeat responso, Creationis testimonio omnis potenter esse, qui nobis credenda ista omnia symbolo proposuit.

XXVII.

Tum in verbo eiusdem nihil nobis offeratur, quantumvis vel à ratione dissonet, vel cum natura ipsa pugnet, quin fidem apud nos simpliciter mereatur, cum Deo (qui ex nihilo omnia condidit, quicquid ut natura esset, quod est, sola virtute verbi effectus) in natura rerum creatarum imò etiam extra, præter, supra, contra, eam nihil posse esse difficile, nedum impossibile.

XXVIII.

Dira ergo haud dubiè fuerit blasphemia, quod quidam Deum non posse, quicquid cum natura & definitione rei pugnat, impo ausu pronuntiant: aut quod Rhetor quissimam infelicitate d' seruit scriptus, Deum non posse, quod essentialie rei cuiquam sit, detrahere salua essentia.

XXIX.

Ephes. 5. Sic non docuit loqui aut scribere Spiritus Dei, qui Deum infinitam redundantia omnia posse facere, suprà etiam, quam ins-

te colligimus, pronuntiat: sed Spiritus mendacij, qui voluntatem & potentiam Dei, natura esse σύμμετορ fingit, hoc est, qui negat quid Deus, negat quid Dei sit, intelligit.

XXX.

Creationi rerum omnium, indutu societate gubernatio earundem adiacet: quam ictalem Deo conditori omnium tribuimus, Heb. 17. ut non temere ac fortius omnia ferri, non confusè misceri, non in Matt. 10. certo casu cacoë motu ruere cuncta patiatur, sed admirabilis sapientia conservet omnia, moderetur singula, dirigat cuncta, administret uniuersa, tamq; omnino rerum omnium nihil sit ab eius gubernatione & prouidentia alienum, quam nihil est rerum omnium, quin ad eiusdem creationem referendum sit. Quam rem pulchre & breue iter complexus Eusebius inquit: Uniuersa, diuina prouidentia ex, De praeparat. Euang. c. 5.

XXXI.

De Angelis quænauis nihil sit à Mo'ise in historia Creationis expressum: quod D. Athanasius dicit τὸ φησίδωλον ἡγέρ πολυθεοπ τῷ θεῷ. Quest. ad Θεόπωρον ηγαλισα τῷ πρόσωπῳ factum afferit: quintamen à Deo eti; Antioch. am conditio sint, nemopius ambigit.

XXXII.

De tempore Creationis illorum cùm tacente Scriptura, atq; in diversa abeuntibus Patrum sententijs, statui aliquid difficulter queat: laudanda est D. Augustini, modestia, qui, tametsi magis probet sententiam eorum, qui Angelos simul cum mundo creatos esse De Civit. l. I . c. 3.2 sentiunt: permittit tamen, ut in hacre liberè sentiat uniuersus Theo- que, quo uelit, saltē hoc obseruato, ne Angelos Deo coaternos doretus faciat.

XXXIII.

Iam cùm rerum, que sunt, omnium, non nisi unum sit principi, fin. piuum: fas non est, à creatione Dei, Spiritus etiam damnatos se in Gene- gere: nefas autem summum est, malitia eius, aut damnationis etiam, cui nunc isti subiaceant, culpam Deo vel minimam ascribere.

XXXIII.

Sic igitur res ista habet, ut, quod sunt spiritus isti, sit ex Deo, cum defectio sua à Deo, id quod essentia fuit nihilo magis amiserint, quam homo per peccatum id, quod natura fuit, perdidit: ex quo est illud consequens, ut hactenus quidem malum dici nequeant, cum autorem Deum habeant. Quod autem tales nunc sunt, quales Scriptura esse prædicat, id ex eo est, quod in veritate non persisterunt.

Ican. 8.

XXXV.

*Quam rem argutè Dionysius complexus est, in hunc modum
περιθέωρος σcribens, τοῖς δούλοσιν, οὐ πλι εἰσι, οὐδὲ ἐκ τὸς αγαθῶν, οὐδὲ αγαθόν: τὸ δὲ
οὐρανόν ἀντοῖς ἐκ τῆς τῶν οἰκείων ὁραθῶν ἀποπνωσεως.*

περιθέωρος

τωριολ.

339.

XXXVI.

Verum his omissis, in contemplationem manuonostrophie, hominis scilicet, cuius gratia mundus iste creatus fuit, nostra transeat disputatione, cuius, que à Mose descripta sunt, adiuncta, considerationem diligentem cum primis merentur.

XXXVII.

Adiuncta vocamus eas conditiones, quarum gratia homo non id, quod secundum essentiam est, homo scilicet: sed quod accidens est, talis vel talis homo esse dicitur; ita nimurum comparatas, ut partim priusquam homini inesse cepissent, homo ipse fuerit: partim postquam desissent, homo minime interierit.

XXXVIII.

Ea vero quatuor potissimum à Mose describuntur. Quorum primum ac precipuum dignitatis est, scilicet quod ad imaginem Dei conditus esse homo, atque ad similitudinem eiusdem factus legitur.

XXXIX.

Iam quenam illa & ubi fuerit in homine dignitas, variè multis discptatum: apaucis rectè & plenè definitum est. Hic ergo quò cautius & iutius progrediamur ad inuestigandam imaginem, que fuit in homine, diuinæ sedem atque essentiam: regularum qua rundam

rundam, ceu Ariadne fili ductum sic sequemur, ut omnes errorum labyrinthos in hac causa evadere possimus.

XL.

Primum, cum imago Dei in homine nihil aliud fuerit, quam similitudo quedam hominis cum Deo, qua factum est, ut Adam unus quidam homo fuerit: in complexum diuinæ imaginis nihil veniet, nisi cuius similitudo in Deo monstrari aliqua poterit. Hac Hieron. in 1. Cap. Ezech.

XLI.

Iam ut peregrinum nihil imagini diuina in hominē admiscendum: sic neq; eorum, que sunt huius propria, hoc est, ex quibus hominē cum Deo similitudo aliqua intercedit, quicquam omitendum est. Quo κρίτης obseruato, Rabinorum de immortalitate, & dominio hominis in res creatas opinio nimis diluta facile corruet.

XLII.

Deniq; quod tertium est, in censem diuinae Imaginis ea dum taxat venient, que naturam seu substantiam hominis non constituant, sive id ex parte, sive ex toto fiat.

XLIII.

Enimvero cum per peccatum Protoplasmū Imago Dei in homine prorsus sit amissa: Natura autem hominis neq; ex toto, neque ex parte interierit: his quasi metis & cancellis circundati, ad Imaginis diuinae descriptionem ritè progrediemur, ut neq; quicquam eorum, que ex peccato & lapsu in homine fuerunt, residua, Imagini diuinae (qua amissa fuit) admisceamus: neque eorum, que sunt in homine amissa, ab eadem quicquam excludamus, cum prater imaginem Dei, homo intrasēc nullius rei iacturam fecerit, que tamen vel sola longè fuit tristissima.

LXIII.

Quo solo κρίτης planè manifestissimo eorum refelli potest error, qui essentiale in homine imaginem Dei statuunt: monstrofissimo hoc errore partim hominem in Deam (qui solus essentialiter ius-

B 2 stus

ſus & bonuſ est) transformantes: partim' evocat̄as, diuas confundentes, que ſunt inter ſe longe diuerſiſma.

XLV.

Nam cū peccando factum ſit, ut imago Dei in homine deperierit: non ſit autem factum, ut natura humana interierit: conſequens eſt, ſi imago illa in homine essentialis fuīt, ut vel imaginem Dei homo non amiferit, cū homo eſſe non deſerit: vel non ſit huic humana natura, qua post peccatum remaſt, cū eſſentia eius planè ſit deperidita.

XLVI.

Notatur hac regula eorum etiam incuria, qui Imaginem Dei partim eſſentia mentis & voluntatis, ſeu anima rationali: partim iuſtitia & sanctitatis diuina participatione definiērunt, id eſt par tem naturae humana cum Imagine Dei, & opus Creationis cum di gnationis gratia confuderunt.

XLVII.

Quia verò ut imago Dei in homine, ſic eſſentia etiam humana natura, ceu' eidem quādam adiōq̄ta vñj' atoma, puncti inſtar, aut tota ſunt, aut tota non ſunt: neque homo partim eſſe, partim non eſſe, quod dicitur, potest: fieri nequit, ut partitio iſta locum habeat,

XLVIII.

Idem eſt oīudicium de ijs, que in hoc negocio de typis Sacrosano etate Trinitatis, in humana anima re lucentibus & Imaginem Dei in homine conſtituentibus eleganter magis & argutè, quam verè Augustinus philosophatur.

XLIX.

Potest regulis ſuprà poſtis, quarta etiam hec & poſtema Cor. 3. adiçit, Quoniam ita amissa eſt imago Dei, ut diuino beneficio eius 13. restaurande ſit facultas: ex reparatione iudicari optimè, qualis Col. 3. 10 eiusdem ante iacturam fuerit conditio.

Ephes. 4.

L.

Nos igitur iſta arum regularum ductum ſecuti, & Imaginem Dei nihil aliud quam Diuinitatis quendam in homine quaſi refuſum geniem

gentem ſplendorem interpretantes, quatuor eius partes præcipue conſtituimus, diuas animi potiſſimum reliquias totius hominis proprias.

LI

Nam ſapienția aterne radium quendam & fulgorem mirabilis lem, in ſpiritu mentis: iuſtitiae, in ſanctitate voluntatis humana Ephes. 4. ſplendorem eximium ſic effudit Deus, ut & rerum ſciu dignarum Col. 1. nihil non intelligere & fugiendarum nihil velle, expetendarumq; nihil nolle poſſet homo, hoc eſt, animo eſſet planè integrissimo & ni Lib. contabil omnino voluntati eius reſiſteret, ſi precepta Dei feruare velle, Iudeos. vt Auguſtinus loquitur,

LII.

Accedit his imperium in res omnes creatas reliquias, & vitam curiis, afflictionibus, morbisq; vacuam citra interuentum mortis ſubsequens beata immortalitas: ſic ut imago Dei in homine nihil aliud fuerit, quam idea quādam Diuinitatis in homine ceu' ſpeculo refulgens pulcherrima, & quanta in hominem cadere potuit, ſumma perfeccio & praefantia, qua in mente lux divina ſapienție, in corde nil niſi sanctitas & iuſtitia reluxit, coniuncta cum imperio & dominatu in terris ſummo, & ſuauifima perpetua immortali tatis fruitione.

LIII.

Mirantur multi corporis humani fabricam, ſenſuum interiorū atq; exteriorum, facultatumq; anime operationes, & de hominis opificio admiranda conſribunt opera. Hac verò quam modò expoſiu mus, dignitas, ampliſſimā Christiane Philosophiae materiā coninēt.

LIII.

Nam quanuis hac iam ſit amissa dignitas, & non poſit à rea cordatione, doloris abeſſe acerbitas, ſi in mentem nobis veniat, Fuimus Troes: ſingularem tamē voluptatem rurſus affert, ſi conſidera vis, que in poſteſate habuimus, bonis, ad priſtinam dignitatē poſto liminiō recuperandam, Christi beneficio nobis patere acceſſum intellegamus. Cuius conſiderationis qui vel primoribus labris gaſtum alia quem percepit, fieri non poſt, quin ad bruta minimè ſe abſiiciat, ſed creationis & reſtaurationis honore dignum ſe viribus omnibus præbere ſtudeat.

B. 3. Homini

Deus homini scientiam videri queat, aut studiosè precipitè occasio-
nem proposuisse, si Pandora pyxidis instar arbor hac fuisset.

LXV,

Pleriq, inter quos est etiam Augustinus, arborem istam no-
men non à fructu: sed euentu, qui transgressionem est secutus, sorte
tam esse autumans, ut quia fructu eius gustato, misero experimen-
to didicerint, quād bonum fuerit, quod amiserint, quād malum,
quod ipsi sua culpasibi accersuerint, hinc arbor Scientia boni & ma-
li nuncupata sit.

LXVI.

Si in re nullius periculi nobis etiam diuinare licet, libetq; in
hac appellatione ad euentum, & posteriora respicere: quid si ad
promissum Serpentis commodius appellationis istius origo referenda
videatur? Cum enim Ebraismo satis vulgato Scientia boni & ma-
li, sicut etiam dextri & sinistri, pro plena & perfecta sumatur:
mulieri autem à Serpentē dictum fuerit, Eritis sicut Dī, scientes
bonum & malum, cū fructus vetiti eūm ipsi persuasurus esset:
quid prohibebit, quō minus hinc huius appellationis origo ducta, & à
Mose προληπτικῶς usurpata videatur.

LXVII.

In hunc ergo culissimum hortum, introductum hominem,
Deus constituit incolam atq; dominum: foris nullam aliam ob caus-
am, opinor, conditum, nisi ne Nature hereditarium, aut meritum
debitum: sed gratia dunt axat acceptum esse referendum hoc benefi-
cium etiam in protoplasto constaret: ex quo cælestis Paradisi incor-
latum, longè magis gratuitum esse, omnium seculorum homines ag-
noscerent.

LXVIII.

Cui dominio ea demum solennis accessit inauguratio, qua im-
perium in animalia homini confirmatum fuit. Nam cum mirabili
subiectio-

subiectiois affectu, diuinitus singulis indito, ad protoplastam ve-
nirent omnia, quibus ille, singularium perspectis naturis, nomina
imponeret: subiectiois atq; humani Imperij notam hoc ipso symbolo
uniuersa accepisse, satis est perspicuum.

LXIX.

In quo tamen dominio ne ille monacha ignauo otio torpesceret, cultura & custodia horti vicissim illi demandata fuit, non
illa quidem utraque laboriosa, que corporis vires frangeret: sed
negotiosa, que & animum contemplando exerceret & moderato
ac liberali motu, ad conseruandam temperamenti euagacionem pluris
mūm conduceret.

LXX.

Reliquum fuit, ut quando homini à Deo de omniū rerum affluz III. Attri-
entia satis erat prospectum, & Deus liberalitas sue & munifici-
tiae quasi exemplum quoddam in protoplasto statuerat: de eo
sibi vicissim obstringendo devinciendoq; Deus consilium caperet.
Id cultus diuinī p̄scripto & Religionē factum est, que à religan-
do nomen fortia, hinc in genere humano originem traxit, hoc
principio quodā quasi nūiūr nobis insito, ut beneficijs diuinis fru-
entes, ad obsequia grata acceptaq; Deo se vicissim obstrictos esse
sentiant.

LXXI.

Religionem uniuersam una dunt axat lege, breuissima sim-
plicissimaj definiuit, abstinentia scil. arboris unius & fructuum
eius, que Scientia boni & mali arbor postmodum dicta fuit: quo
interditio non fructus respectum habuit Deus, quasi in ipso fues-
sit, quod nocere homini potuerit: neque etiam vieti modum
statuere lege ista voluit, cū nihil sanè Dei interesset, quoad na-
suram fructuum attinet, quouis fructu hominem promiscue vesci.

LXXII.

Verū hoc saltem spectauit Dominus, ut in huius arboris
C intere

interdicto, probinde Deo obedientie sue, homini materia esset
proposita. Id quod D. Augustinus pulchra inductione probat, quia
ea pomorum vitorum natura fuerit, et non prohibita, neque
ipsi, neq; alij cuiquam nocere potuerint: nocuerunt autem sida ea
ratione, quod prohibita gustata fuerint, hoc est, inobedientia.

LXXXIII.

Primaria veritatis & puritatis in cultu divino & Religione
qualibet religiosa, hoc primitivo cultus divini prescripto contine-
tur. Nam ut non licuit Adamo, etiam in innocentia constituto
ad huc, arbitrarium sibi cultum Dei deligere: sed penes se hanc
statuendi potestatem Deus esse voluit: sic & obediencia, non religio
aut purus cultus erit, qui quid hic in parte quavis hominum de-
uo:to & intentio, non praescribente Deo, introducerit.

LXXXIV.

Secundum hoc est, quod in cultu divino maxime Deo placet
simplicitas. Magis quidem incurront in oculos, que operosa sunt
& magnam in se varietatem continent: sed animi exercitium
principiū in cultu divino spectandum est, qui tanto est ad interna
spiritus munia praefanda expeditior, quo est à rerum externas
rum occupatione libertor. Nisi quod ad coherencendam misericordiam
Israelitarū superstitionem & curiositatem, multiplici & laborioso
rituum varietate, populum istum exercere & quasi fatigari co-
itus fuit.

LXXXV.

I. Sam.
2.5. Tertio non externi operis ritus, sed interni spiritus obedi-
entia principiū à Deo spectatur.

LXXXVI.

Finis. Deniq; quemadmodum non pro salutis merito, cultus protoplasto
constitutus est, sed ut graditudinis iure Deo subiectum se esse ob-
strictum ostenderet: sic cultui cuilibet scopus erit propositu non
salutis demerenda consilium: sed testandæ gratitudinis officium.

LXXXVII.

Si ad hunc facilitate legis latè Deus iam obederat: oꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝ
(qua)

(que altera in Legi latore virtus est) periculi denunciatione idem
restatam facit, cum inquit faturum, ut si de arbore vetita gau-
stet, certissimum mortis periculum incursum sit.

LXXXVIII.

Variè se hic distinctionibus mortis fatigant aliqui: verum De Civili
ea omnia repudiavit Augustinus, & omnes mortes, ut ipse loquitur, L. 13. c. 22
& quicquid mortis est, usq; ad nouissimam mortem, qua eterna
est, intelligendum esse scribit.

LXXXIX.

Craue hic quidem aliquibus atq; atrociter videtur pro delicti
ratione supplicium. Verum si id pensi habeatur: quam immanis sit
ingratitudo, si exquisita affluentia Dei & apparatus liberalissemus,
quem liberum esse voluit homini, non sufficiat, quin verius
etiam vesti pudenda & profusa libidine appetat: is pena cum
delicto ovum puerum facile agnoscet.

LXXX.

Ab Ecclesiastica hierarchia ad Oeconomiam constituendam IIII Ad-
Deus illico progressus est, sancto coniugaliis societatis fædere, cu*iunctum*
societas. ius origo & conditiones pulcherrime à Moze sunt descripta.

LXXXI.

Sociam fæderis, mulierem esse Deus voluit, cuius formatio-
nem in se quoq; Deus, perinde ut Adami, immediate recepit.
Materiam illi costa ex latere Adami, somno consopiti, desumpta,
prebuit: ex qua mirando Dei artificio mulier est constructa, que
idonea esset, ut in viri venire posset consortium.

LXXXII.

Iam eodem & predicatori, & conciliatore fædus ipsum à
partibus scribitur esse initum, constitutaq; leges, quibus hac socie-
tas semper esset inter coniuges ratat atq; stabilis.

LXXXIII.

Qui loco, qui tempore ipso instituita huius societatis non ter-
retur, autore salie atq; encomio eiusdem deterreantur, ne faciant,
C 2 dicant,

dicant, cogitentue in huius instituti deformationem & contumeliam, nisi quantum in Deum ipsam, autorem eiusdem, reaudire velint.

LXXXIII.

Pari cura laborandum est ab illis, qui hanc societatem sunt ingressi, ne morum factorum turpitudine ordinem istum polluantur: sed utrinq[ue] diuini instituti, arctissimaeq[ue] coniunctionis memores, sic officij sui partes administrent: ut apud ipsos quoq[ue] in honore pateat esse sacrum matrimonium.

LXXXV.

Sed heu dolor, heu miseria, Et non diurna fuit, que in Paradiſo protoplastis obtigit felicitas: sicut nos ab illius consideratione, (cuius amissio dolore & desiderio etiam enecari queat homo) penè intempestiuè auellit Moses, nimirum ex cultissimo Paradiſi nemore, in horrendam vallis lachrymarum specum, id est, ex beatissimo innocentia statu, ad peccati & corruptionis humanae conditionem ocyus transitum faciens.

LXXXVI.

Pſal. 49. Homo enim cum in honore esset, & quidem summo, ad imaginem nimirum Dei conditus, non intellexit, hoc est, tanta dignitate se indignum prabuit. Hinc comparatus est iumentis, immo lapsus & peccato admissus ad extremam infelicitatem est redactus, iumentis ipsis tanio & miseror factus & infelior, quanto illis erat in statu innocentia ob imaginem Dei sublimior & prestantior.

LXXXVII.

Istius lapsus causam vel minima quauis ex parte referre in Deum, qui bona omnia valde considerat, & homini ad innocentiam tuendam omnia subsidia contulerat, quij non est volens iniuriam Deum, tam blasphemum est, quam quod esse potest aut cogitari in rebus omnibus vel maximè.

LXXXVIII.

Causam vero eius principiū diabolo: tum homini etiam impunitas

putamus, quorum ille inuidia, hic libidine dulcis tentauit, & admissit, quod semper exitum humano generi causam attulit.

LXXXIX.

Nam quod causantur atque scioli & praefracti, cur talem considererit Deus hominē, qui labi posset, immo quem lapsum esse, ignorare non potuerit: his id responsum unum volumus, Deum, qui liberrima voluntate ex nihilo fecit hominem, fecisse eum, qualiter voluit: Et non angelos, multò minus Deos voluisse factos, sed homines, in quibus, quamvis non esset vel per essentiam, ut in Deo, vel per gratiam, ut in confirmatis angelis, peccandi adiutoria: esset tamen duximus, non peccanai, si voluissent, & non minor unde longè maior in integritate persistendi, (se malitia abesset) quam labendi aut peccandi facultas.

X.C.

Iam præscientia Dei lapsus humani causa non fuit, nego, ideo iste factus est, quia præiusus fuit à Deo: sed quia culpa Diaboli atq[ue] hominis futurus erat, à Deo est præiusus, qui si futurus non fuisset, id ipsum quoq[ue] à Deo præiusum fuisset.

XCI.

At non nudus homini Diabolus apparuit: sed personatus quodammodo, larua eius animalis induitus, quod erat unum inter Apocal. reliqua sagacissimum, serpentis scilicet. A quo primo organo ser. 12. & 20. pens antiquus Satanas postmodum appellatus est.

XCII.

Ruinam generi humano machinaturus, mulierem, & solam quidem, atque in horto obambulante adortus est Diabolus: sic mulier ex vias sue parte non minima prodita, que in eo sita est, quod homines, qua parte maximè imbecilles sunt, & in solitudine aitq[ue] otio potissimum adoritur.

XCIII.

Seductionis strophae, quibus Eusebius imposuit, haefuerunt. 1. Verbum Dei in dubium vocavit. 2. Dictiones Dei rationes exquisivit. 3. Obscuris ambiguitatibus sua dicta inuoluit. 4. Inficiatus est

C 3 aperte,

aperte, quod expressè Deus affirmaverat. 5. Inuidia criminis, quo ipse ardebat, per calumniam in Deum translatis. 6. Vanis promissionibus animum Euse inescavit. Que quidem omnibus seculis vultus fatus fuerunt Diaboli ad seducendos hominum animos, atq; à Deo auertendos compendia.

XCIII.

Vnde haud obscuris indicijs peccati protoplastorum atrocitas appareat. Sunt qui sola interdicta violatione delictum illud mensurantur. Alij magis etiam illud eleuantes, gulositatem atq; intemperantiam fuisse interpretantur.

XCV.

Alius & penitus peccati istius fæditas rimanda est. 1. Ters. I. Ioan. 5. bi diuini veritate in dubium vocata, mendacem l'rum Eu perfidie constituit. 2. Accessit l'ra maiestatis crimen, cuius illa honores, non contenta suis, appetiit. 3. In quo ipso ambitio fuit, coniuncta cum ingratitudine, utraq; summe detestanda. 4. Nec defuit apostasia à Deo. Cum enim posthabito verbo Dei, Satanice promissione plus fidei habuit: an hinc non fides Dei abnegata est? 5. Quo codem referenda sunt contumelia & mendacia, in Deum projecta à Diabolo, quorum rei protoplasti facti sunt, ut primum dictis satanae obedientes sese prætuerunt.

XCVI.

Hæc vero omnia locum habere in natura tam prestante non potuerunt, nisi facta insigni mutatione, hoc est, extincta in hominie imagine Dei, atq; in eius locum illico fædissima corruptione subsecuta, quam Peccatum Originis app. llarunt veteres peccati voce borrendam nature bonæ depravationem significantes.

XCVII.

Iam hæc corruptio non fuit in homine, ab eiusdem corpore & anima distincta & separata quedam substantia: ou' τοις δη τῷ πρώτῳ κακῷ, οὐδὲ σὺ τοῖς οὐσι τῷ κακῷ: οὐκ ἐσὶ τὸ κακόν ἢ κακὸν τοῦτο, οὐδὲ τοῖς οὐσι.

fol. 339.

XCVIII.

Neg; etiam corruptio ista cum corpore, vel anima, vel viris

usu

usu horum parte aliqua idem, m̄trime omnium autem cum toto ipso homine, eiusdem substantia & natura unum simpliciter & idem fuit. Sic enim aliis substantia Adamus fuisset, qui initio conditus est, aliis itidem qui in peccatum prolapsus fuerat, alius deus nq; & essentia diversus postquam regeneratus fuit: quo facto culpa lapsi Adam nihil ad conditum illum: regeneratio, nihil ad lapsum illum, vi potestate essentia diuersum attineret.

XCIX.

Periclitabuntur ex hoc monstroso dogmate primarij religionis articuli de Creatione, Redemtione & sanctificatione: In primis peribit nobis consolationis onnis acropolis illa, Naturæ, quam nobiscum Christus communem, & substantię speciem eandem habet societas.

C.

Sed neq; viceversa illud est probandum, quod malum istud nimis eleuantes aliqui, priuatione tantum boni definiunt, & carrentiam iustitiae originalis, quæ his ablatis, quod reliquum in natura fuit, integrum permanens.

CI.

Ad quem blasphemum errorem refutandum D. Lutherus peccatum illud primarium Naturam hominis & peccatum naturæ quandoq; appellare non dubitauit, non peccatum cum substantia hominis conjundens (quem ille errorem summe est abominatus) sed sic peccati atrocitatem, omnia in natura humana corruptentis, innuens.

CII.

Hs ergo utrinque errorum vitatis scopulis, corruptionem istam, dicimus esse, naturæ quod substantiam remanentis quidem: sed imagine Dei spoliata, extremam in homine depravationem, qua partibus & facultatibus eius virtutis horribiliter viriatis, natura rata Deo abominanda, & damnationis aeternæ facta est.

CIII.

Huius verò mali à protoplastis in posteros omnes, Christovno Rom. 5. excepto, propagatio facta est, siq; mediante generatione etiam Cor. 15 num, & fiet in omnibus, quotquot victuri sunt, cuius gratia filii in natura sumus, quotquot in hunc mundum nascimur.

I. m

CIII.

Iam sanè nihil dubium est, protoplastos hoc modo lapsos, reos esse factos illuc eius iudicij, quod illus à Deo latu significatumq; fuerat, hoc est, protoplastos à Deo, mortem sibi ac damnationem sempiternam accessuisse: cuius iudicij, in pectore sese exerentis, tum sese produnt indicia, cum nuditate agnita, latebras quarunt, vocem ac conspectum Dei ferre nequeunt, & quasi Panico terrore percussi, quid agant, quid loquantur, quid consilij ceptent, nesciunt: graves sese proditura, & fortassis in neruum desperationis eruptura, nisi ocyus à Deo occursum fuisset exitio.

CV.

Quod si in isto statu permansissent, vel alterutri istorum ingens paor & angustia subitam mortem attulisset, in deploratio futuram fuisse eis salutem iam est certum, quamquod certissimum.

CVI.

Ut mirari subeat animum, quid mentis, quid frontis habent, qui prædestinatos gratia totaliter (ut loquuntur) excidere posse negant, imò illud affirmare, abominosum esse dictitant. Quorum abominosas voces vel presens abunde historia refutat.

CVII.

Ceterum verò Deus ira sue iustissima feroce aduersus Serpentem conuerso precipue, sic in istum peccati autorem animaduertit, ut generis humani immensa bonitate misertus, ad concipit endam animo spem salutis atq; rest aurationis ingens solarium illigere proposuerit.

CVIII.

Id factum est promissione ea, que πετευανέλιοπ merito appellata, de semine mulieris venturo, odium diaboli υγκωνδοπ πόλεμοp subituro, imò tandem etiam caput eiusdem contrituro spem fecit generi humano indubitam, qua una rursus confirmatae protoplasti, patres roburati omnes, salutis in Christo nascituro, & peccatum protoplasti sua morte expiaturo, beneficium sunt adepti.

Brevis

CIX.

Brevis quidem fuit illa protoevangelij concie, nonnullis ei iam obscura olim visa fuit. Verum ea præcipios doctrine Christiane locos haud obscure continet, quales sunt. 1. De persona Christi, & duabus eiusdem naturis, quarum una, mulieris semen, & mortibus Diaboli obnoxia, hoc est humana; altera conterendo Satanæ capiti sufficiens, id est, divina esset. 2. De communicatione Iacobum. 3. De officio Messie. 4. Vaticinium de morte & resurrectione Christi. 5. Testimonium de iustificatione saluandorum coram Deo. 6. De cruce & calamitatibus Ecclesie, & similes, quos hic omnes pertractare longum foret.

CX.

Hac opinor causa fuit, cur hanc concionem omnibus seculis partim obscurare, partim deprauare extremè annis sit Diabolus.

CXI.

Rabinis planè velum hic obductum fuit, ut in meridiana luce talpis magis cecutierint, dum hic Deo cum naturali dunitate sat serpente verba intercessisse arbitrati sunt.

CXII.

Priscos interpretes hic etiam dormitasse, merito dolemus, quos par fuerat, commentationibus suis huic promissioni magnam lucem afferre.

CXIII.

Iam unius vocis vitiosa conuersio, que relatio neutrino femininum transmutato, multis seculis in Papatu obscurauit, tanto tamorbi Christiano cladem attulit, ut pro Christiano Marianus penè rotus factus sit.

CXIII.

Bella verò est & laurea triumphali digna Caluini interpretatione, qui verba ista ad Serpentem naturalem referens, de hostili dissidio, quod sit serpentibus cum genere humano, mulieribus præcipue, intercessurum, intelligenda afferit; hac vina opera cum preiosissimam istam totius veteris Testamenti geminam Iudaicam

D temez

temeritate proculcans, tūm ad subruenda vniuersa religionis funda-
menta breui compendio magnam viam sternens.

C XV.

Quo maior D. Lutherò debetur gratia ab omnibus, cui huius
ius gemma ex latebris eruta, atq; ab omni depravationum sorde
vindicat & beneficium, postquam à Deo est discessum, præcipue soli
acceptum referimus.

C XVI.

Porrò vero ne promissionis istius cœnoui fæderis interuen-
tu protoplasti in gratiam recepti, impunè prorsus ferant, quod ab
ipsis delictum est: aequissimo Deus moderamine usus, sic plectit
transgressores, ut propemodum dubitari possit, maiornè in delia-
to pœna, an in pœna ipsa remedium fuerit.

C XVII.

Quamvis enim remissa pœna sempiterna, in hoc seculo afflis-
gi hominem Deus voluit: sic tamen rursus afflictionibus istis in
futurum consuluit, vt & ad humilitatem ex preterito delicto
promtos, & ad cauendas in posterum peccati illecebras, cautos
magis & circumspectos homines reddiderit, ita ut pœnis istis inflis-
gendis simul & Iudicis & Medici officia functus sit.

C XVIII.

Videri queant ista in sece repugnantie quandam speciem
continere. Reconciliatio enim pœnam excludere videtur, maximè
apud Deum: ita ut aut pœna non sit, ubi reconciliatio praesit,
aut non sit vera reconciliatio, ubi pœna superest.

C XIX.

At non habet hic locum ista argutatio: id quod velex uno mor-
tis decreto luce ipsa meridianæ magis est perspicuum: Proinde
quod p̄ys in hac vita non paucis contingit, ut afflictiones sustine-
ant, que & temporis & donumvitæ rationem habeant: id protopla-
stis etiam usuenerit, ut afflictiones partim in peccato pœnam
& vindictam, partim medicina gratia experti sint.

Fuerunt

C XX.

Fuerunt illa in duplice discrimine positæ: speciales aliqua, &
onius sexus propria: nonnullæ communes omnium.

C XXI.

Mulieri, respectu mariti, subiectio & obedientia conceptum,
& partus dolores & molestia, & qui his labores adiacent, sunt im-
positi. Viro, vietus per laborem querendi parandiq; necessitas ob-
lata est.

C XXII.

Communes sunt primùm incurabilis moriendi, que incums-
bit omnibus, necessitas, qua in terram redigitur, quod è terra
sumtum fuit: à qua morte Adam, si non peccasset, immunis, &
post longissimam in his terris actam vitam, circa mortem, ad cæle-
stem beatitudinem transferendus fuerat.

C XXIII.

Altera est, loci mutatio, qua Paradiso exulare protoplasti,
& terram exterā colere coacti sunt. Nam cum & tam culto hospit-
io indignos sese præbuissent: & ex loci istius splendore atq; afflu-
entia nil nisi periculum ipsis metuendum esset: Paradiso expulsi
sunt, ex vniuersis illis incolatus diuitijs nil secum, nisi pelliceas
tunicas afferentes: & ne eodem redeundi illos desiderium incessan-
ter, angeli flâmante gladio custodes sunt appositi, qui aditu illos
prohiberent.

C XXIII.

Quorum omnium is præcipue finis fuit, ut his cœn indicibus
de peccato admisso subinde admoniti, & hoc serio desleant, &
reliquis sedulo abstineant: At verò nec afflictionibus neq; peccatis
in hoc mundo unquam plenè liberati, de corpore mortis huius libe-
rari tanto audiens desiderent, & ex misera hac lachrymarum vala-
re ad beatam felicitatem ardentivōe semper aspirent. Quod in
nobis etiam operetur pater Domini nostri Iesu Christi, benedictus
in omnia secula, AMEN.